tur in non fine dimisit senex discipulum et cum sederet solus factus est
in excessu mentis et ecce quidam ostendebat ei locum gloriosum
et sedem in eo et super sedem vii coronas. Interrogabat autem
illum qui hec ostendebat dicens: cuius sunt hec. At ille dixit: disci
puli tui et locum quidem et sedem habebit; septem coronas ista nocte promeru
it. sedem per conversacionem suam donavit illi deus. Has autem
hec autem audiens senex miratus et tremefactus vocavit discip
ulum et dixit ei: Dic mihi quid fecisti ista nocte. Et ille di
xit: Ignosce mihi pater quia nichil feci. Senex autem existim
ans quod humiliando se non confiteretur dixit: Crede mihi quia non quiesco
donec sciam quid fecisti vel quid cogitasti nocte illa. Frater autem
nichil sibi conscius de facto aliquo dixit: Ignosce mihi pater quia
nichil feci nisi quod cogitavi quod discederem a te compulsus
cogitacionum mearum molestia et hoc septies feci quod d
imissus a te secundum consuetudinem tuam non fui ideo remansi.
Audiens autem hec senex ille statim intellexit quod quociens re
stitit cogitacioni tociens coronabatur a domino et fratri
quidem nichil horum dixit causa utilitatis eius sed aliis hoc
narravit spiritualibus et patribus ut discamus quod et pravis co
gitacionibus possumus promereri bonum et malum. Bonum est
ergo ut quilibet homo sibi extorqueat iniurias propter dominum quia scrip
tum est: Regnum celorum vim patitur. De monacho quem

Erat quidam adolescens secularis habens patrem. dyabolus seduxit
tem et desiderabat fieri monachus. Et dum multum supplica
ret patri suo ut permitteret eum fieri monachum tandem acqui
evit. Sed cum difficultate et egressus ille adolescens venit
ad monasterium et factus est monachus. Cepit quod omne opus claustri per
fecte agere et ieiunabat cottidie. Cepit autem et biduana
rius abstinere sibi semel in ebdomada cepit. Et cepit
se tantum reficere. Videbat autem abbas suus et mirabatur.

Adolescens nobilis quem dyabolus nos seducit